

THE DESCRIPTION OF THE WORLD'S BEQUESTS TO HIS NEPHEWS
predicta imprestita ordinare ad mortem suam per Cartam sui testamenti, Et si
predictus Nicolaus faceret bene facta sua ita quod reddat meis commissariis predictas
libras quinge[n]tas & faceret bonam racionem de predictis libris vigintivna grossorum
tunc volo quod ipse habeat libere predictas libras mille imprestitorum Et tunc
predicto marcolino paulo filio predicti Nicolai dimitto de predictis denariis quos
michi dare tenetur suprascriptus Nicolaus paulo libras den. ven. quinge[n]tas. Item
Notum fieri uolo commissariis meis quod satisfeci predicto marco paulo nepoti
meo de illis libris quingentis quas ipse michi mutuauit dandis per me mutuo
predicto Nicolao paulo ut predixi videlicet de medietate cuiusdam çoie incasate
que est in domo michi pertinente & de tribus tabulis de auro que fuerunt magni
chani tartarorum Et insuper de illis libris trecentis triginta tribus & tercia que me
contingebant de illis libris mille quas predictus Marcus paulo recepit a domino
duce & a comuni veneciarum pro parte dampni nobis facti tam per dominum
comneno de trapesonda quam in districtu ipsius domini comneno quam eciam in
aliis nostris rebus Et testificor quod de omnibus aliis racionibus quas ad faciendum
quousque habeam cum predicto marco paulo, sibi integraliter satisfeci & de cetero
habere debeo terciam partem de omni eo quod recipietur uel recuperabitur
quocumque modo uel titulo, Et testificor quod predictum dampnum nobis factum
tam per predictum dominum comneno de trapesonda quam in eius districtu fuit
in suma circha yperpera quatuor millia Item notum fieri uolo commissariis meis
quod cum in fraterna conpagnia fuissem cum predictis marco & mathio paulo
condam filiis Nicolai paulo olim fratris mei tam de toto mobili quam eciam de
immobili, tamen viuente predicto matheo paulo nepote meo de gracia speciali,
solummodo totum mobile quod ab aliis recipere debebamus concessi eis diuidere
in tres partes de quibus habui & habere debeo vnam partem, & alias duas partes
habuerunt predicti Marcus & Matheus paulo filii condam suprascripti Nicolai paulo
olim fratris mei, quas quidem duas partes habere debet predictus Marcus paulo
Item dimitto Marie matri suprascripti Stephani paulo nepotis mei libras den. ven.
ducentas de meis imprestitis Item dimitto suprascripto Stephano & johanino paulo
fratri suo nepotibus meis filiis condam suprascripti Nicolai olim fratris mei libras
den. ven. duo millia in peccunia(?) numerata inter ipsos equaliter diuidendas Item
dimitto eciam suprascriptis Stephano & johanino paulo nepotibus meis lectum
meum cum omnibus plumaciis meis cultris cusinis atque linteaminibus meis &
omnia & singula mea masseraticha seu arnesias de domo mea sibi dimitto exceptis
infrascriptis de quibus in hoc meo testamento facio mentionem Item dimitto
agnesine nepti mee totum prode de libris centum meorum imprestitorum dum
uixerit in sua propria utilitate & post mortem eius deuenire debeant in heredes